

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Georgii Beyeri, J.U.D. De Utili & Necessaria Autorum  
Juridicorum Et Juris arti inservientium Notitia  
Schediasma, exhibens Indicem Autorum quos Tribus  
Speciminibus recitavit & excerpit**

**Beyer, Georg**

**Lipsiae, 1720**

**VD18 90548167**

I. Dissertatio de Principiis Justi & Decoris, continens Apologiam pro Tractatu  
Clariß mi Hobbii de Cive- Amstelodam.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-14273**

## I.

*Dissertatio de Principiis Justi & Decoris, con-*  
*tinens Apologiam pro Tractatu Clarissimi*  
*Hobbii de Cive. Amstelodam.*

1651. 12mo.

**D**iu incertus fuit orbis eruditus, cui-  
 nam autori hoc opusculum sit tri-  
 buendum, donec LAMBERTUS  
 VELTHUYSEN Medicus Ultrajecti-  
 nus in *Operum suorum universorum*  
 editione Roterod. 1680. 4to. ingeniosi

hujus foetus patrem se profiteretur *Tom. II. p.*  
 255. - 1012. integrum hoc scriptum exhibens. De  
 autore & hisce operibus, pluribus egit *Thomas.*  
 in *Monatl. Gedancken anni 1688. mens.*  
*Martio p. 343. 353.*

In dissertatione præsenti negat autor, se omnia  
 probare, quæ ab Hobbesio dicta sunt, id vero im-  
 primis defendit: Originem legum moralium re-  
 petendam esse à lege fundamentali, quæ est con-  
 servatio sui ipsius.

Scil. postulat: DEUM esse; Eundem creasse  
 mundum in sapientia; Eundem virtutes justitiae  
 & veritatis exercere velle in mundi regimine.

Hinc deducit sequentia porismata: (1) Deum  
 in creando mundo finem sibi proposuisse, quia fa-

D 3                   pienter

pienter agere sit dirigere media ad finem. (2) M  
dia in se habere debere aptitudinem ad finis co  
seccutionem (3.) hominem non impune laturum  
si deviet ab illo ordine, quem DEUS vult observari  
in consecutione finis. Et præmio afficiendum quod  
vitam instituit juxta ordinem præscriptum.

Ex hisce iterum colligit : (1) formam virtutum  
non petendam ex notionibus communibus, n  
que ex utilitate inde resultante (quoad probat  
963) sed ex ratione ipsa, cuius nova ratio quæren  
non sit, quia tunc res in infinitum abiret. Et ita v  
tem consideratam fuisse in statu integro. Sed nu  
post lapsum interesse hominis virtutem sectari,  
sibi parer commoda & vitet incommoda. (2.) H  
ominis officium esse virtutem colere & vitium  
gere. Aliud enim esse ; notitiam habere virtutum  
aliud : cognoscere necessitatem homini impo  
tam studii virtutis. Illud ex constitutione fin  
hoc ex decreto justitiae & veritatis exercenda p  
venire ; pœnam enim imminentem facere ut  
necessè sit virtutem sectari, quam dolorem fugi

Hinc infert : incumbere homini (1.) inquisiti  
onem, an DEUS nos scire velit munera in ordi  
ad finem a nobis præstanta (2.) investigationem  
finis & ordinis quem DEUS observari vult  
finis consecutione. Ex iisque porro concludi  
jure naturali prohibita esse, quæ sua natura  
comparata sunt, ut finem à DEO in creatione  
tentum & ordinem in mundo constitutum tu  
bent vel impedianter ; imperata vero, quæ talis su  
naturæ, ut finis iste ac ordo sine iis obtineri n  
potest.

M sit. Sed quæ ex circumstantiis mutabilibus du-  
plicem hunc ordinem ad finem acquirunt, ea jure  
permissivo præscribi aut prohiberi; ex quo jure  
permissivo oriuntur tam leges gentium humanæ,  
quam leges civiles particulares, quæ justæ non sint,  
nisi lege aliqua naturæ nitantur, i. e. vel remove-  
ant impedimenta finis vel subsidia conferant ad fi-  
nis promovendum. Debere vero commodum aut  
incommodum tale esse, quod momenti aliquid  
consideratione digni ad finis consecutionem aut  
remotionem confert, quia leve incommodum in  
ordine ad finis consecutionem nomen suum a-  
mittat. Dissentit itaque ab iis, qui omnem a-  
ctum in se indifferentem, in virtutum semper aut  
vitiorum classem reponunt, simulac cum suis cir-  
cumstantiis consideretur, tristemque eam sapien-  
tiam vocat, qua ne manum quidem extendere aut  
pedem attollere sine summa cura & attentione li-  
ceret. p. 966. ubi & p. seq. optime explicat diffe-  
rentiam officiorum juris imperfecti & juris perfe-  
cti. Inde p. 968. ulterius arguit: cum ordo in mun-  
do à DEO originem habeat, nec sine summa sapien-  
tia constitui potuerit, homo vero in se deprehen-  
dat studium se conservandi, sanguini & medullis  
altissime insitum, ut evelli non possit, nec tamen  
ab homine ortum sit, recte se concludere, illum  
instinctum a DEO esse, adeoque recte se facere,  
si illi pareat. Itaque velle DEUM in homine  
conservari, quod, si tollatur, frustra quasdam par-  
tes & proprietates ipsi tribuisse videretur; sub iis  
comprehendi non modo quæ vitæ & membris in-

columitatem præstant, sed & evitationem eorum  
quæ naturali membrorum usui repugnant vel  
nem subvertunt, ad quem vitæ, membroru<sup>m</sup> repetit  
& facultatum hominis natura ducit; huc vero no<sup>987.)</sup>n  
spectare, quando usus membrorum suspendit<sup>vindic</sup>  
aut propter maiorem commoditatem aliun<sup>manda</sup>  
suppetentem plane nunquam exeritur, sed quæ ex infi  
do membra aut facultates vel plane intercidunt<sup>abesse</sup>  
vel iis aliquid contra committitur quam DEU<sup>vel cer</sup>  
intendit, aut tale, quod hominem in contemtu<sup>tegen</sup>  
aut odium rapere possit, ex quo se privat auxili<sup>abest i</sup>  
quibus commodius & securius vivere possit; ita natori  
doctrina de pudore ad principium de conseru<sup>gentes</sup>  
tione etiam sit revocanda. Scil. peccare hic homi<sup>it</sup>, ve  
nem in dignitatem suam, idque dupliciter: (1) vel in  
tra decorem naturalem hominis, si deviet ab ill<sup>tur</sup>, n  
fine, ad quem appetitus naturalis ducit, & ob<sup>posse</sup>  
ctum immutet, in congressu praeter naturali,<sup>p. 970</sup>  
candescens in rem inanimatam &c. (Itaq<sup>sieri p</sup>  
juste copulam appeti à sane capulari, sicut vi<sup>ii</sup> Ha  
dictam ab eo, qui ob infirmitatem victoriam si nunc  
polliceri non potest. vid. p. 971. ubi etiam egregi<sup>ximur</sup>  
ostendit, voluptatem non esse finem appetitus, sc̄rumq<sup>i</sup>  
in iis affectibus quos pro arbitrio excitare in no<sup>non p</sup>  
stra potestate non est, secus in aliis p. 972) 2. cont<sup>pus</sup> pr  
suam dignitatem stricte dictam seu eminentiam quæ h<sup>i</sup>  
in ordine creaturarum, quo spectat sc̄ortatio s<sup>i</sup> omne  
acte dicta, quia actus iste venereus vilius non ornatus autem  
matrimonio; item divertium & polygamia; sed digni  
incestum esse contra pudorem stricte dictum creat  
eiusque rationem, secus quam reliquorum deli<sup>gnata</sup>  
ctorum

Etorum ex statu integro non petendam, quia tunc  
vel pudori locus erat. Hactenus dicta, quæ prolixius  
repetit pluribusque exemplis illustrat p. 981. seq.  
(nunc prolixo p. 972. seqq. ab objectionibus,  
vindicat, ostendendo, pudorem &c. non esse æsti-  
menda ex opinionibus gentium moratorum, sed  
ex infirmitate & imperfectione aliqua, quam Deus  
abesse, aut saltem tegi vult, vel coram omnibus,  
vel certis quibusdam personis. Scil. talia non re-  
tegenda esse, nisi absit impudentiæ nota, qualis  
abest in retectione necessaria, vel infantum recens  
natorum, aliisve circumstantiis. Porro penes  
gentes barbaras, ubi nuditas in mores receptos ab-  
omittit, vel scortatio in parte cultus divini reponitur,  
vel incestuosa conjugia magno decore honoran-  
tur, nihil propterea contra jus naturæ præscribi  
posse ostendit solide p. 983. seq. Qua occasione  
p. 976. 980. probat instinctum naturalem non  
aquisieri posse regulam Juris Naturæ.

Hactenus de peccatis in DEUM & seipsum,  
nunc p. 987. de iis, quæ patrantur contra pro-  
ximum. Ubi ita procedit: cum vitæ membro-  
rumque integritas homini à DEO commendata  
non possit sine mediorum ope vel ad breve tem-  
pus produci, sequitur DEUM jus concessisse in ea  
quæ huc utilitatem conferunt; conferunt vero  
omnes creaturæ, ergo in omnes jus habeo; cum  
autem proximus meus in eadem constitutus sit  
dignitate, ergo ipsi simile jus in omnia. Neque ex  
creaturarum respectu alia pars illi, alia mihi assi-  
gnata, sed distinctio bonorum orta ex pactis. Quæ

d. p. 987. seqq. luculentius probat & ab objectionibus vindicat imprimis prolixus est in ostendendo non obligari nos, ut vitam pro proximo ponamus. Dein p. 994. limitat thesin de jure omnium omnia exceptis ipsis hominibus; quia DEUS statu primaevo hominem homini non subiicit. Licere quidem mihi proximum subigere, immo considerare, si rebus meis conducat, non tamen quod directe in illum jus habeam, sed quia jus habeo meis utendi, defendendi & impedimenta tollendi; scil. non possum proximum gratis affligere neque nisi in ipsa defensione juris mei, & remundo impedimento quod ipse posuit. vid. omnino p. 995. Ubi & usum hypothesum harum monstrat sequentibus axiomatibus: (1.) Quicquid sua natura malum est. ejus prohibitio exirem est. cessuavis est, non que major aliqua necessitas duraboc mundi ordine & regimine evenire potest, prior sedere debeat. Nullam itaque incumbere cessitatem, quare liceat DEUM abnegare Eive trahere aut peccata committere contra dignitatem hominis aut decorum naturale. exinde etiam p. 1001. deducit, quid juris Magistratui his in re concedi potuerit. (2) Quicquid sua natura malum est, ita ut nunquam bonum fieri posse, illud percidens sequi potest ad usum aut defensionem juris mei extra peccati labem; neque ideo teneor imperare ab usu juris mei. Quod declarat & exemplis illustrat p. 1001. - 1004. (3.) illa peccata sunt graviora, quae nos maxime affinerent & in devia deducuntur. Hujus axiomatis

Etatio pertingit ad finem opusculi, ubi iterum exempla suppeditat & consecutanea inde derivat, atque totum jus poenarum exponit an & quomodo singula delicta sint coercenda.

Mallem vero integrum hoc opusculum cum cura, & quidem saepius perlegi, cum obscuritatem methodi largissime compenset utilitas ex meditationibus mediante lectione nobis se ingerentibus. Licet enim non omnia autoris asserta probari possint, viam tamen sternunt, vel saltem occasionem suppeditant meditationibus ad veritatem proprius accendentibus, praesertim in hac materia praemultis aliis utilissima. Earum vero thesum, in quibus dissentio, enumerationem privatim dabo.

Postquam haec prelo jam destinavimus, produxit dissertatione Praeceptoris nostri Venerandi, Dn. Thomasi de fundamentorum definiendi causas matrimoniales hactenus receptorum insufficientia, mense Majo hujus ipsius anni ventilata, ubi §. 87. - 139. Velthuysii intentionem tum praesenti, tum alio ejusdem tractatu de naturali pudore & dignitate hominis Operum P. i. p. 106. seqq. propositam ita clare & distincte repraesentat, ut iam supervacanea sit nostra in excerptendo opera, quam, modo fieri posset, lubenter hinc ejicemus.

REMUS.

## II.

BENEDICTI WINCKLERI Principi  
rum Juris libri quinq<sup>u</sup>, in quibus genuina fm  
Naturalis & positivi principia & Jurispru  
dentiæ fundamenta ostenduntur, ejus sum  
mus finis proponitur & divina autorita  
probatur. Lips. 1615. 8vo. plagg.

39.

**M**ulta in hoc scripto deprehendimus, qua  
lii jurisprudentiæ naturalis Autores intad  
reliquerunt, & profecto pietas & in ratiocinand  
prudentia efficit, ut hoc scriptum optimis acce  
seri mereatur, nisi quod necessariæ distinction  
Legis Divinæ in naturalem & positivam univer  
lem defectus (prout ferebant ista tempora,) em  
ditas Autoris meditationes aliquando turbaveri

*Libro primo ostendit actiones hominis ei  
spontaneas, neque lege DEI æterna, nec lege ca  
li, nec lege elementari irresistibilem iis necessitu  
tem impositam essent. Nam in re n singula ha  
præsupposita explicat; scil. c. 1. probat, principi  
juris diligenter investiganda & cognoscenda esse  
rationes si nullexponit cur ea vulgo negligantur  
c. 2. ostendit, hac principia non ex ipsis legibus de  
sumenda, sed ex Theologia (in latiori significati  
accepta) & Philosophia.*

*Cap. 3. & 4. omnem justitiam referendam at  
voluntatem DEI, neque aliam esse legem DEI  
æternam qua occasione de quadruplici Legi e  
hypoth*